



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

15. An in aliquo casu, nonobstantibus Decretis Urbani VIII. possit pecunia relicta pro Missis non inuestiri in bonis fructiferis? Et aliqui casus in textu huius Resolutionis, adducuntur pro praxi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. XV.

An in aliquo casu, non obstantibus Decretis Urbani VIII. possit pecunia relicta pro Missis non inestiri in bonis fructiferis?

Et aliqui casus in textu huius Resolutionis adducuntur pro praxi pradiete difficultatis.

Et quaeritur, an Regulares faciant contra praesentem prohibitionem, si recipiant onus celebrandi Missam quotidianam per centum annos absque implicatione pecuniae ad talem effectum soluta? Ex part. 10. tr. 16. & Miscell. 6. Ref. 72.

§. 1. DE hoc interrogatus a quibusdam Regularibus adducebant mihi Peyrinum in Formulariolittera A. cap. 1. n. 2. ubi ait, posse ex dicta pecunia aedificari domum aliquam in vltim, & commodum ipsius Ecclesiae; posse restaurari ipsam Ecclesiam, seu eius domum & habitationem, quando minatur ruinam, posse extingui censum aliquem, solum debitum, ac solum singulis annis ab ipsa Ecclesia. Idem docet Bord. in Curs. Reg. tom. 1. resolut. 25. n. 44. penes Tambur. ubi inf.

Sup. hoc iustitia lege doctrina §. vii. Ref. 21. & pro omni contento in hac Ref. in tom. 9. tr. 1. Ref. 219. ferre totam.

2. Sed ego tunc negatiue sententiae adhaesi, & quidem contra Peyrinum in specie, si domus aedificanda, seu restauranda deseruiat ad percipiendos annuos fructus; nempe vel per locationem ipsius domus, vel ob culturam alicuius agri, ubi debeant habitare coloni ad percipiendos agri fructus; licitum erit in hoc implicare eam pecuniam; quia sic verè reddet annuos fructus ad sustinendum onus Missarum celebrandarum. Si autem domus non ad hoc deseruiat, sed tantum ad habitationem, vel commoditatem eorundem Clericorum, seu Religiosorum inseruiendum Ecclesiae, id non erit licitum, quia hic non est fundus fructifer, nec similiter ad reparandam ipsam Ecclesiam. Nec demum potest talis pecunia implicari ad extinguendum censum: quia id esset potius extinguere debitum, quam acquirere nouum fundum fructiferum. Haec, inquam, non licent absque concessione Sedis Apostolicae. Et haec omnia docet Auerfa de Sac. Euchar. quest. 11. sect. 18. cui ego addo Tambur. opusc. de Sac. Missis, lib. 3. cap. 1. §. 6. n. 14. Pelliz. in Man. Reg. tom. 2. trat. 6. cap. 3. n. 14.

3. Et quidem probatur haec opinio ex natura implicationis, quae importat acquisitionem nouorum fructuum ex re frugifera ab alio empta, quae alias non erat propria emptoris, aut saltem fiat propria ratione fructuum: siquidem implicatio auget nouos fructus implicanti, quos antea non percipiebat: alioqui gigneret effectum contrarium, nempe onus absque nouo commodo, tum ex ipsis Decretis de celebrat. Miss. §. praetera? ubi decernitur, pecuniam datam pro oneribus Missarum inuestiendam esse in bonis immobilibus frugiferis; quod non euenit, nisi ex implicatione acquiratur ius lucrandi nouos fructus. Ergo, &c.

4. Verum Pellizzarius ex his n. 54. quaerit, an regulares faciant contra praesentem prohibitionem, si recipiant onus celebrandi Missam quotidianam per centum annos absque implicatione pecuniae ad talem effectum soluta. Et respondet negatiue cum sub praesentem prohibitionem cadant solum onera Missarum perpetua, quale non est onus celebrandi per centum annos, quamuis alia in fauorabilibus perpetuum dicatur tempus infra centum annos, & multo magis spatium centum annorum: quod item procedit in odiosis, in quibus perpetuum proprie significat tempus non habens certum finem, iuxta leg. iuris peritos, ff. de excus. tutor. Et hanc sententiam praeter Pelliz.

ad ratam elemosynae a lege, vel consuetudine praescriptae; dummodò tamen non obstante tenui elemosyna Sacerdos ille in acceptandis Missis spontè, & expressè non se obligauerit ad tot Missas celebrandas, quot praescriptae fuerint ad rationem attributae elemosynae, quamuis incongruae, & exiguae, quia tunc tenetur stare promissis iuxta illud axioma: quod semel placuit, amplius displicere non debet. At si solum acceptauerit eas tenues, & incongruas elemosynas oblatas cum intentione, ac promissione adimplendi omnem iustam obligationem; ortam à recta ratione, & aequitate: tunc in tali casu licitè ad se indemnem seruandum, & ob tuendum suum legitimum ius, potest tot celebrare Missas, quot sufficiunt ad iustum stipendium constituendum; aliàs uellet quid iniustum ille, qui tenui elemosyna totum Sacrificium sibi soli postularet, cum intenderet sine causa priuare Sacerdotem suo legitimo iure, quod habet ut pro qualibet Missa tribuatur ei stipendium taxatum à legitima potestate; & hoc esset omnino contra aequitatem, & iustitiam. Et haec omnia asserit Pater Vidal, ubi plura ad ea firmanda ingeniosè excogitat.

4. Sed non carent aliqua difficultate; nam Decretum Sacrae Congregationis nullam adhibet distinctionem, sed absolute omnem reductionem Missarum, priuata auctoritate faciendam prohibet. Deinde etiam intelligentia uerborum Decreti haberet aliquam difficultatem, standum esset consuetudini, quae est optima Legum Interpres, ut patet ex leg. Minime, ff. de legib. leg. si de interpretatione, ff. eod. tit. cap. Cundilectus, de consuetud. Syluan. conf. 88. n. 27. Tiraq. de nobilit. cap. 10. n. 9. Afflic. Neapol. decis. 166. n. 9. & decis. 173. n. 3. Menoch. conf. 32. n. 44. & conf. 390. n. 21. & conf. 577. n. 2. & 3. vol. 3. Malcard. de probat. concl. 1415. n. 10. Brunor. à Sole in locis communib. uerb. conclus. 6. Cardos. in praxi Iudicium, & Advocat. eod. uerb. num. 3. Card. Pereira in leg. Si curatorem, Cod. de in leg. restit. minor. uerb. Contra actum, n. 29. Bellet. disquisit. Cleric. part. 1. tit. de Clerico debitore, §. 12. num. 27. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 1. n. 12. Camill. Borell. in Summa omnium decis. tit. 14. n. 88. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 3. n. 11. Undè statuta è praxi, & obseruantia ipsorum, atque ita propterea practicata, & obseruata fuerunt, interpretanda; & vel restringenda, vel extendenda ueniunt. Guid. Papae decis. Gratianopol. 30. n. 1. & 2. Petrus Heigius, quest. 17. n. 44. lib. 2. Carolus de Grassis de except. ad mater. statutor. except. 3. n. 13. Aymo Crauetta consil. 735. n. 14. part. 4. Tiberius Decianus respons. 32. n. 17. vol. 2. Hartmannus Pistoris quest. 16. num. 11. & n. 18. lib. 1. Sicut enim de Legibus in leg. 37. ff. de legib. pro regula traditur: Si de interpretatione legis quaeratur, in primis inspiciendum esse, quo iure Ciuitas retro in eiusmodi casibus vsa fuerit, cum optima legum interpretis sit consuetudo. Ita quoque idem ad statuta transferendum, & accommodandù erit. Vtique ad eò, ut interpretatio statutorum è consuetudine, praxi, & obseruantia desumi debeat, etiam si proprietates uerborum Statuti repugnet. Ioan. de Amicis, conf. 42. n. 16. & 17. Emet Dothmann. resp. 48. n. 24. vol. 4. Arderan. Malcard. de general. Statut. interpret. conclus. 2. n. 157. Sed postquam dictum Decretum emanauit, consuetudo, & obseruantia subsequens demonstrat, reductionem Missarum hodie, non priuata auctoritate, sed à Sacra Congregatione in quocunque casu faciendas esse, & ideo in facti contingentia ad illam omnes recurrunt. Quae confirmantur ex stylo Curiae, & Praxi Romana. Ergo, &c. Ideo ego, omnia; quae à Patre Vidal, ubi supra, appositui, eidem Sacrae Congregationi determinanda relinquo.

tenet etiam Bord. num. 27. Tambur. num. 26. Lezana in Summa tom. 4. vers. Missa, n. 27.

5. Verum ego puto cum Averfa loco citato, quod quamvis ita sit ex vi decretorum: tamen ex debito ipsius rei, non esset integrum Clericis, aut Religiosis tunc residentibus in ea Ecclesia, vel Monasterio, expendere tunc, & insumere pecuniam suo commodo, & arbitrio, ac relinquere successoribus onus Missarum celebrandarum: sed oporteret ex hac parte ita implicare pecuniam, ut saltem pro toto tempore quo durabit onus, annuos fructus reddat. Quod etiam notabit Tamburinus, ubi supra.

RESOL. XVI.

An si Petrus reliquit centum aureos pro centum Missis in aliqua Ecclesia celebrandis, si augetur stipendium Sacerdotibus, teneatur hæres, data capacitate hereditatis, supplere illam elemosynam? Ex part. 2. tr. 14 Ref. 17.

Sup. hoc sup. in Refol. 12. §. ult. sed lege eam à principio.

§. 1. Respondeo affirmatiue, quia testator non reliquit pecuniam simpliciter pro elemosyna soluenda, sed pro Missis celebrandis, & si præuidisset augmentum stipendij, non diminueret Missarum numerum, quia hæreditas eam esset sustentura. Ita Homobonus de Bonis in exam. Eccl. part. 1. tr. 4. cap. 13. q. 118. Riccius in praxi p. 3. ref. 364. n. 1. Genuenis in practicabilibus Eccles. tricen. 6. q. 179. Barbosa de potest. Episc. alleg. 29. n. 7. & alij.

RESOL. XVII.

An Legatum Missarum transeat ad hæredes nominatum non designatos?

Ex quo sequitur Sacerdotem obtinentem Capellaniam, de cuius fundatione nullo modo constat, sed illud tantum certum est teneri ad celebrandam quotidie in tali Ecclesia, vel Altari cum stipendio conuenienti: sequitur, inquam, supradictum Sacerdotem teneri applicare valorem Missarum pro Fundatore Capellania. Ex p. 9. tr. 8. & Miscell. 3. Ref. 69. alias 68.

§. 1. Titius v. g. condidit testamentum, & instituit suos hæredes Franciscum, & Ioannem, postea in quodam Capitulo dicti testamenti, grauatur infra scriptos hæredes soluere annuatim Ecclesie Martiri centum aureos, pro celebratione Missarum in subsidium animæ suæ: quaeritur, an mortuo Francisco, & Ioanne, alij hæredes teneantur soluere dictum legatum? Et negatiue respondet doctus Iuriconsultus Petr. Surd. tom. 1. conf. 123. n. 17. vbi sic ait: Et si legatum annuum relictum Ciuitati, vel Ecclesie, in perpetuum, duret ultra centum annos secundum opinionem Iasonis, & aliorum (quam reprobamus;) tamen illud non habet locum, quando onus imposuit in perpetuum infra scriptis hæredibus; quia cum propter verbum, infra scriptis, onus extinguitur cum persona priorum hæredum, facit Cotta mem. inc. hæredis in fi. Id quod multo magis vendicabit locum in præsentis facti, in quo præter dictam restrictionem, alibi testator in eadem parte testamenti loquitur de ipsis hæredibus; quæ verba faciunt onus esse personale, propter dictionem, ipsis, quæ personalissima est, l. generaliter in fin. de off. Præs. cum aliis apud Nattam in conf. 163. n. 8. Et licet appellatio hæredis veniat etiã hæres hæredis, tamen hoc fallit quando dictum est de ipsis hæredibus, ipse, est personalissima, ut dicit in terminis Bald. in conf. 304. vol. 5. vbi allegat dicto §.

hæc verba. Et infert, quod prohibito alienandi eo modo concepta, non producit ad hæredes hæredis. Et hanc decisionem dicit mirabilem, & singularem Iason in l. filiusfam. §. diui. n. 15 ff. de leg. 1. vbi Ferdinand. 1188. dicit corde tenenda. Ripa n. 111. vbi idem dicit, quando dictum est de infra scriptis hæredibus, Socin. Ianior in conf. 144. n. 14. vol. 3. Natta d. conf. 163. n. 8. Alciatus in conf. 424. n. 3. Cagna in l. 2. n. 46. vers. 2. principaliter, C. de pact. inter emp. & vend. vbi ait idem esse in pronomine, Hoc. Cotta in d. memor. incip. Hæredis, in princip. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 6. n. 2. quia vbi est demonstratio personæ, dispensatio non transit in hæredem: l. Seruus, in princip. ff. de statu liberis. Roland. in consil. 59. n. 28. & seq. vol. 3. Cephalus consil. 352. n. 27. & seq. Menoch. conf. 82. n. 58. Hæc omnia Surdus.

2. Sed contrariam sententiam tenuit Rota in vna Romanensis Vineæ die 20. Febr. 1581. coram Caneccij in decis. diuers. Rote. p. 2. decis. 140. vbi ita dicit: Nihilominus relicta ad pias causas nominatum vno hærede ceterum tacite repetita ab eius substituto, & ab eo debentur. Ita Romanus in Auth. Similit. p. 15. Speciali. n. 65. & in 20. speciali in fine. ante n. 79. per text. in l. 3. §. Lucius ff. de alim. & cib. l. quem testator intelligit, ibi Bartolus in princip. post glossam, idem Bartolus in l. Mela, in princ. vers. Item quod relictum nominatum, si eo tit. de alimentis, & cib. leg. Romanos conf. 388. n. 5. Alexand. in l. licet Imper. n. 11. & ibi Iason, n. 8. idem Alexand. in l. Si duobus, n. 11. alias circa finem princip. vers. & idem videtur dicendum, & ibi Iason, n. 14. & 15. de leg. 1. idem Iason in l. Si fundum, §. Stichum, n. 4. ff. de cod. tit. Socin. reg. 310. n. 3. prope fin. Decius conf. 182. n. 2. vers. & ad hoc etiam facit, & conf. 273. n. 1. ad fin. Ruinus conf. 116. n. 3. & 4. lib. 3. & conf. 76. sub n. 17. lib. 5. Tiraq. de prin. p. 1. prin. 36. Gratian. conf. 5. n. 24. lib. 2. And. de Betti in repet. l. 1. n. 228. C. de Sacrosanct. Eccl. Moder. Vitium. de coniect. ult. volunt. lib. 8. tit. 2. n. 16. & fuit resolutum coram R. P. D. Decano in vna Romanen. Fideicommissi, siue Legati, 16. Ianuarij 1581. quæ resolutio fuit postea coram eodem confirmata 3. Martij eiusdem anni, & insuper allegatus text. in l. Lucius Titius ff. de fideicommiss. libert.

3. Non obstat Parisius conf. 86. n. 77. lib. 2. concludens post Decium conf. 273. n. 1. & 2. quod fauore pie causæ substitutio facta in vno casu non debet extendi ad alium, quando substitutio pie causæ fuit limitata ad certum casum. Quia Decius loquitur in casu in quo pia causa fuit vocata siue substituta principaliter in pœnam hæredis, & nõ pro salute animæ testatoris vel in casu, in quo si fieret extensio, resularet ablutio, quod quis sine culpa priuaretur, & contra voluntatem testatoris, proxi implet Decius respondet d. conf. 273. col. ult. vers. non obstant allegata, & vers. de ad allegata. At secus in casu nostro, in quo Testator substituit pauperes pro anima sua, & sic consilium Decij facit pro hac parte. Hucusque Sacra Rota.

4. Vnde puto ab eius sententia non esse recedendum, & sic interrogatus de casu proposito in hac resolutione affirmatiue respondi: Tum quia priorum legatarum interpretationem, à mente, & voluntate legatarum petendam esse præcipiunt viri excellentes iuris diuini, ac humani. Comitulus Responsorum Morandiini, ac humani. Comitulus Responsorum Morandiini lib. 7. q. 5. n. 2. & quando ex casu superueniente colligitur præsumptio, quod si testator cogitasset, ita disposuisset, talis mens debet attendi per text. in l. Testatorum, in fin. & in l. Acutissimi, C. de fideicommiss. & iuncta Gloss. & in l. generaliter, C. de Institutionib. & substitutionib. sub conditione factis, Sylluest. verb. Testatorum 1. q. vlt. concl. 8. Comitol. Responsorum Morandiini, lib. 7. q. 8. n. 4. Tum quia Testatoris voluntas dicitur